



**Regiae Societatis Iesu**


**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

De ijs, quæ ad eius personam, & totius Collegij administrationem  
pertinent. Cap. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



# REGVLAE RECTORIS.



*De ijs, quæ ad eius personam, & totius Col-  
legij administrationem per-  
tinent.*

## C A P. I.

P. 4. c. 10. §. 4. I  
& 5.  
Oratione Col-  
legium susti-  
neat.



Mni studio enitatur, vt talis  
sit, qualis optatur in nostris  
Constitutionibus, primamq.  
officij sui curam in eo posi-  
tam esse intelligat, vt ora-  
tione, & sanctis desiderijs

totum Collegium velut humeris suis susti-  
neat.

P. 4. c. 10. §.

10. & Can. 15 Cong. 2. 2 Communes regulas ipse seruet, & par-  
ticularia in cibo, indumentis, & aliarum re-  
Particularia rum vñu, quantum fieri potest, vitet; & fa-  
vit.

milia-

miliaritate, atque indulgentia cum quibusdam, alios ne offendat.

3 Intra annum, postquam officium Rectoris prima vice inierit, quadraginta diebus Doctr. Christ. Christianam doctrinam eo modo, quo in secunda Congregatione expositum est, legat, aut doceat: sed ex causa per alium id munus cum facultate Prouincialis obire poterit.

4 Consuetudines receptas, & à Generali, vel Prouinciali approbatas seruet, ac seruari faciat: si tamen aliqua alia à præcedenti Rectori inducta fuerit, non mutet inconsulto Prouinciali: ipse vero, nisi suo Superiore approbante, nullam introducat.

5 Eos, qui domestica obeunt ministeria (exceptis quibusdam, quorum electio ad Provinciale pertinet) prudenter cõstituat; suas cuique regulas tradat, aliquando visitet, & prout in Domino conuenire iudicabit, vel in eisdem ministerijs detineat, vel ab eis removeat. Quia vero officia quædam, ut beneficiant, experientiam requirunt, qui ad ea idonei inuenientur, non facile mutari debent.

6 Ut prospicere officialibus de subsidio, Officiales sub si necessarium id fuerit, ne labore grauentur, leuandi. debet; ita, cum tempus vacuum illis fuerit, ut utiliter illud impendant Diuino seruicio curabit.

7 Et si potestatem habeat designandi confessio-

E

Col.

alis  
tris  
nq.  
osi.  
ra-  
rijs  
sti-  
ar-  
re-  
fa-Consuetudi-  
nes seruet, &  
nihil imminutetP. 4. c. 10. §. 5.  
& 6.  
Ministeria do-  
mestica distri-  
buat.

Ibid. lit. E.

P. 4. c. 10. §. 6.

Ordinarius fessarios suis subditis, ordinarium tamen Conconfessarius fessarium Collegij non constituet sine approbatione Prouincialis.

P. 6. c. 5. 8 Quamuis in virtute obedientiæ iubere Quando in possit, non nisi rarissime, & ex graui, ac vrbendum.

Quales pœnitentias imponeret. 9 Ordinarias tantum pœnitentias imponnat, quales sunt parua mensa, publica reprehensio, conclusio in circulo, edere sub mensa osculari aliorum pedes, orare in Refectorio, dicere culpam suam, subtractio cibi usque ad panem, & aquam, si res postulauerit, disciplina publica in Refectorio, & alia exercitia humilia, & domestica.

P. 4. c. 10. lit. B & p. 6. c. 3. 10 Sicut ad Rectorem pertinet dispensare in Regulis, Constitutionibus, & Decretis Congregationum Generalium cum particularibus, quando necesse erit; sic &, cum dispensauerit in rebus maioris momenti, quæ videntur urgere, & in quibus sine graui incommodo Prouincialis responsum expectari non potest, eum primo quoque tempore de huiusmodi dispensatione, ac eius causa admonere.

P. 5. c. 3. §. 4. et c. 4. §. 4. 11 Nomina eorum, qui vota solemnia, vel simplicia emiserunt, in libro ad hoc parato noteantur: in Professis quidem, & Coadiutoribus formatis cum nominibus admittentium: in reliquis vero post biennium cum nominibus celebrantium, adnotato loco, & tempo-

Notentur in libro qui vota emiserunt.

tempore, iuxta Constitutiones.

12 Quas habeat facultates, partim ex Vnde suas fa  
ijs, quæ ipſi in his regulis conceduntur, par- cultates intel  
tim ex compendio facultatum Societatis in- ligat.  
telligat, ut in ijs, quæ non habet, sciat ad  
Superiorem recurrere.

*De ijs, quæ Rectorem ad bonam admi-  
nistrationem iuuabunt.*

### C A P. II.

13 **S**It solicitus, ne Minister, & reliqui of- Ne defint of-  
ficiales suo defint officio, omisis alijs, ficio suo offi-  
quæ possent impedire. ciales.

14 Singulis vel saltem alternis hebdoma- P. 4.c. 10. §. 7  
dis cum suis Consultoribus conueniat (nisi et p. 9. c. 6. §.  
pro re nata aliquid extraordinarie esset con- 14.  
sultandum) deque rebus maioris momenti, Singulis heb-  
quæ pro temporum, & negotiorum varieta- domadis con-  
te occurront, cum illis agat: quamquam ijs  
auditis penes ipsum erit de singulis statuendi  
facultas.

15 Consultores, aliosque omnes, cum ei Consultores,  
aliquid proponunt, libenter, ac benigne ex- & Admonit.  
cipiat, & præcipue eum, cui Monitoris offi- benigne au-  
cium commissum est, efficiatque ut in suo Col p. 9.c. 4. §. 4.  
legio, quæ in formula scribendi præscripta-  
sunt, accurate seruentur.

16 Habeat librum, in quo scribantur vi-  
sitatio-